7 1.5

qua illa vidi per ordinem digesta collige-
Itaque factum est. ut cum trium solum-
modo partem paternitatis vestrae praecepto
corrigendam suscepissem. non solum illam
corrigerem sed etiam duas quas in his regio-
nibus invenire non poteram. Super adderem.
Quod nequis me putet fecisse causa iactan-
tiae. Si totum collectaneum pater iussi videri po-
tuit et voluerit exhibere. Omni me sciat
alacritate suscipere. meo quae libenter deleto
illius operis in multa sicut decet veneratione
tenere. Quam diu vero illud habere non potero
illud mihi tantum ex amicis legendum posco.
Separare volo. Hoc vero primum idcirco libri
inserere curavi. ut si cuiquam quis
illud opus integrum habeat. in manus
venire contingat. utriusque diversitate cognita.
quod cui praeponere debeat. intelligat.
Sed quia magnitudo vestra meae parvitati
causa fuit. ut tantum opus inciperem. vestri
nominis hoc mihi placuit auctoritate corro-
borare. quatinus cum in prima pagina vestrum
nomen aspiciat. omnis obtrectator ori suo
digitum ponat. nec velit hoc malivolus